

*Revelationem exspectamus  
Domini nostri Iesu Christi.*

Léctio Epístolæ primæ beāti Pauli apóstoli  
ad Corínthios

1, 3-9

**F**ratres:

<sup>3</sup> **G**rátia vobis et pax  
a Deo Patre nostro et Dómino Iesu Christo.

<sup>4</sup> Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei,  
quæ data est vobis in Christo Iesu,

<sup>5</sup> quia in ómnibus dívites facti estis in illo,  
in omni verbo et in omni sciéntia,

<sup>6</sup> sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis,

<sup>7</sup> ita ut nihil vobis desit in ulla donatióne,  
exspectántibus revelatióne  
Dómini nostri Iesu Christi;

<sup>8</sup> qui et confirmábit vos usque ad finem sine crímine  
in die Dómini nostri Iesu Christi.

<sup>9</sup> Fidélis Deus,  
per quem vocáti estis  
in communióne Fílii eius Iesu Christi Dómini nostri.

Verbum Dómini.